Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quadam prudentia facto Propontidis divisas
ee terras. Antonino placebat ad Byzantiu
castra collocare. Gette quoque ad Calcedonem
Bithynie civitate: ut opposita e regione castra
utriusque tueantur imperium: transitumque pro
hibeant. ¶ Senatus visum est Europeos omnes
remanere: Asiaticos vero cum Getta proficisci.
Antiochiam vel Alexandream sat idoneam imperio
suo sedem Getta fore dicebat. Ne Romam

Alexandria: Roma:

quidem ab his: ut ipse putabat, magnitudine multum
differre ¶ Gentium vero que ad meridiem habitant, Mau
rusios: Nomadas: et que Libye adiacent, Antonino
esse dandos: Post illa vero que in orientem usque
sunt Gette fore ditionis. ¶ Hec illi dum ita
disponunt, ceteri omnes: que tristi vultu adessent, oculos

Iulie Matris verba in filios dissidentes.

humi defixerant. ¶ Tum Iulia: terram inquit
et mare filii sat explorate habetis: quonam modo
dividatis. Terras .n. ut dicitis facta dissepant.

Materna Pietas.

Matrem vero quo pacto dividetis? Quo nam modo
ego infelix in utrumque vestrum dividar aut
scindar? ¶ Proinde me prius interficite: interque vos